

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

P. VIRG. MARONIS CVLEX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII
ET ALIORVM
ERV DITORVM
P O E M A T A.

P. VIRG. MARONIS
C V L E X.



Nusinus Octavi gracili mo-
dulante Thalia
Atque ut araneoli tenuem
formauimus orsum,
Lusimus, hac propter Culi-
cis sunt carmina dicta,
Omnis ut historia per lu-
dum consonet ordo,

Notitiaq; ducum voces: licet inuidus aſſit,
Quisq; erit culpae iocos, muſamq; paratus
Pondere vel culicis leuior, fama; ſeratur.
Poſterius, gratiore ſono tibi muſa loquetur
Noſtra, dabunt cum ſecuros mihi tempora ſynclitus:
Vi tibi digna tuo poliantur carmina ſenſu.
Latona, magniq; decus Iouis, aurea proles
Phoebus, erit noſtri princeps, & carminis autor,
Et recimente lyra ſauor: ſineq; educat illum
Alma Chimæreo Xanthus perſuſa liquore,

Seu nemus Asteria, seu quā Parnasia rupe,
 Hinc atq; hinc patula præpandit cornua fronte,
 Castaliæq; sonans liquido pede labitur vnda.
 Quare Pierij laticis decus ite sorores
 Naiades, & celebrate deum ludente chorea.
 Et tu sancta Pales, ad quam ventura recurrunt
 Agrestum bona, cura sequi sit, cura canentis
 Aërios nemorum tractus, siluasq; virentiu.
 Te cultrice vagus saltus feror inter, & astra.
 At tu cui meritis oritur fiducia tantu,
 Octavi venerande, meis allabere cæptis,
 Sancte puer: tibi namq; canit non pagina bellum,
 Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus:
 Nec Centaureus Laputhas compellit in enses:
 Vrit Erichthonias oriens non ignibus arces.
 Non perfossus Athos, nec magno vincula ponto
 lacta, meo quarent iam sera volumine samam:
 Non Hellepontus pedibus pulsatus equorum,
 Græcia cum timuit venientes undiq; Persas:
 Mollia sed tenui pede currere carmina versu,
 Viribus apta suis, Phœbo duce, ludere gaudii.
 Et tu sancte puer, venerabilis, & tibi certet
 Gloria perpetuum lucens mansura per ævum:
 Et tibi sede pia maneat locus, & tibi sospes
 Debita felices memoretur vita per annos,
 Grata bonis lucens. sed nos ad cæpta feramus.
 Igneus æthereas iam sol penetrarat in arces,
 Candidaq; aurato quatitebat limina curru,
 Crinibus & roseis tenebras aurora fugarat:

Protulit

Pretulit è stabulis ad pabula lata capellas
 pastor, & excelsi montis iuga summa petiuit,
 torida quæ patulos velabant gramina colles.
 iam filius dumisq; vaga, iam vallibus abduunt
 corpora, iamq; omni celeres è parte vagantes
 tondebant tenero viridantia gramina morfu,
 scrupæa desertas hærebant ad caua rupes.
 pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis,
 densaq; virgultis auidè labrusca petuntur.
 Hæc suspensa rapit carpente cacumina morfu:
 Hæc salicis lentè, vel qua noua nascitur alnus:
 Hæc teneras fruticum sentes rimatur: & illa
 imminet in rui præstantis imaginis vndam.
 O bona pastoris, si quis non pauperis vsum
 mente prius docta fastidiat, & probet illis
 omnia luxuria precijs incognita curis,
 quæ lacerant auidas inimico pectore mentes.
 Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
 Attalicis opibus data vellera: si nitor auri
 sub laqueare domus animum non tangit auarum:
 Piduræq; decus, lapidum nec fulgor in vlla
 cognitus vilitate manet: nec pocula gratum
 Alconis referent, Bætiq; torreuma: nec Indi *Indo-pastoribus*
 Conchea bacca maris precio est: at pectore pulso
 sepe super tenero procumbit gramine corpus.
 Florida cum tellus gemmantis picta per herbas
 Vere notat dulci distincta coloribus arua,
 Atq; illum calamo lerum recinente palustri,
 Ociq; inuidia degentem, ac fraude remota,

Pollentemq; sibi viridi cum palmite lucens
 Imolia pampinco subter coma velat amictu.
 Illi sunt grata rorantes lacte capelle,
 Et nemus, & fecunda Pales, & vallibus imis
 Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
 Quis magis optato queat esse beator euo,
 Quam qui mente procul pura, sensusq; probando
 Non audas agnouit opes, nec tristia bella,
 Nec funesta timer valida certamina clas?is?
 Quo spolijs dum sancta deum fulgentibus ornet
 Tempia, nec euectus finem transcendit habendi.
 Adversum sauis vltro caput hostibus offert.
 Illi fuisse deus colitur non arte politus:
 Ille colit lucos, illi Panchaica thura
 Floribus agrestes herbis variantibus assunt.
 Illi dulcis adest requies & pura voluptas,
 Libera simplicibus curis huic imminet, omnes
 Dirigit huc sensus, hac cura est subdita cordi,
 Qualibet vt requie victus contentus abundet,
 Incundoq; locet languentia corpora somno.
 O pecudes, o Panes, & o gratissima tempe,
 Fontis Hamadryadum, quarum non diuite culta
 Aemulus Ascræo pastor sibi quisq; poeta
 Securam placido traduci pectore curam.

Talibus in studijs baculo dum nixus apricas
 Pastor agit curas, & dum non arte canora
 Compacta solitum modulatur arundine carmen,
 Tendit & euectus radios Hyperionis ardor
 Lucidaq; aethereo ponit discrimina mundo,

Dum

Dum iacit Oceanum flammis in virung³ rapaces,
 Et iam compellente vagæ pastore capellæ,
 Ima susurrantū repetebant ad vada lympha,
 Quæ subter viridem residebant cœrula muscum.
 Iam medias operum partes euectus erat sol,
 Cum densas pastor pecudes cogebat in umbras,
 Et procul aspexit luco residere virenti
 Delia diua tuo : quo quandam victa furore
 Venit Nyctileum fugiens Cadmeis Agaue,
 Infandas scelerata manus & cæde cruenta :
 Quæ gelidis bacchata iugis requieuit in antro,
 Posterus pœnam nati de morte datura.

Hic etiam viridi ludentes Panes in herba,
 Et Satyri Dryadesq³ choros egere puella,
 Naiadum coetu : tantum non horridus Hebrum
 Restantem tenuit ripis, siluasq³ canendo,
 Quantum te pernix remorantem diua chorea.
 Multa tuo latè fundentes gaudia vultu.
 Ipsa loci natura domum resonante susurro
 Quis dabat, & molli fessas resouebat in antro.
 Nam primum prona surgebant valle patentes
 Aëria platanus : inter quas impia lotos,
 Impia, quæ socios Ithaci mœrentis abegit,
 Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
 At quibus insignis curru proiectus equorum
 Ambustus Phaethon luctu mutauerat artus,
 Heliades teneris amplexa brachia truncis,
 Candida fundebant lentis velamina ramis.
 Posterus cui Demothoon æterna reliquit

Persidia lamentandi mala, perfide multis,
 Perfide Demophon & nunc defende puellam,
 Quam comitabantur fatalia carmina quercus,
 Quercus antè data, Cereris quam semina, vita.
 Illas Triptolemi mutauit sulcus aristas.
 Hic magnum Argo a naui decus addita pinus
 Proceras decorat syluas, hirsuta per artus.
 Appetit aërys coniungere montibus astra
 Illicis & nigrae species, & leta cupressus:
 Umbrosaq; manent sagus, hederaq; ligantis
 Brachia, fraternos plangat ne populus ictus:
 Ipsaq; excedunt ad summa cacumina lenta.
 Pinguntq; aureolos viridi pallore corymbos:
 Quae aderat veteris myrtus non nescia sati.
 At volucres patulis residentes dulcia ramis
 Carmina per varios edunt resonantia cantus.
 His suberat gelidis manans è fontibus unda,
 Quae lenibus placidum riuus sonat orta liquorem.
 Et quanquam geminas auium vox obstrepit aures,
 Hanc querula referunt voces, quis nantia limo
 Corpora lymphæ fouet, sonitus alit aëris Echo,
 Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
 Et circa passim fessæ cubuere capellæ,
 Excelsisq; super dumis, quæ leniter afflans
 Aura susurrantis posuit confundere ventii.
 Pastor ut ad fontes densa requieuit in umbra,
 Mitem concepit proiectus membra soporem,
 Anxius insidijs nullis, sed lentius in herbis.
 Securo pressos somno mandauerat artus.

Stratus humi dulcem capiebat corde quietem :
 Ni fors incertos iussisset ducere casus.
 Nam sonitum voluens ad tempus tractibus Hydræ
 Immanis varia maculatus corpore serpens.
 Mersus vt in limo magno sub sideris æstu,
 Obuia vibranti carpens grauis æria lingua,
 Squamosos latiss torquebat motibus orbes.
 Pallebant aura liuentis ad omnia visus,
 Iam magis atq; magis corpus reuolubile voluens,
 Attollit pectus nitidus fulgoribus. & fere
 Sublimi ceruice caput : cui crista superne
 Edita purpureo lucens maculatur amictu :
 Aspectuq; micant flammantia lumina toruo.
 Metabat sese circum loca: cum videt ingens
 Aduersum recubare ducem gregis, acrior instat
 Lumina diffundens intentus, & obuia toruo
 Sæpius arripiens infrendere, quod sua quisquam
 Ad vada venisset, natura comparat arma :
 Ardet mente: furit stridoribus: intonat ore.
 Flexibus & versis torquetur corporis orbis:
 Manant sanguinea per tractus vndiq; gutta,
 Spiritibus rumpit fauces, cui cuncta paranti,
 Parrulus hunc prior humoris conterret alumnus:
 Et mortem vitare monet per culmina, namq;
 Qua deducta genas pandebant lumina gemmis,
 Vt leuior erat natura pupula, telo
 Ista leni, tum profluit furibundus, & illum
 Obtritum morti misit, cui disscius omnis
 Spiritus excessit sensus, tum torna tenentem

Lumina respexit serpentem cominus : inde
 Impiger, exanimis, vix compos mente refugit,
 Et validum dextra truncum detraxit ab orno.
 Qui casus sociaret opem, numenū deorum
 Prodere sit dubium, voluit sed vincere tales
 Horrida squamosi voluentia membra draconis,
 Atq; reluctantis crebris, sædēq; petentis
 Ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora crista,
 Et quod erat tardus, somni languore remoto,
 Nescius aspiciens, timor occacauerat artus.
 Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
 Quem postquam vidit casum languescere, sedit.
 Iā quatit, et bijuges oriens crebro cit equos nox,
 Et piger aurato vesper procedit ab Oera :
 Dum grege compulso pastor duplicantibus virbris
 Vadit, & in fessos requiem dare comparat artus,
 Cuius ut intrauit leuior per corpora somnus,
 Languidaq; effuso requierunt membra sopore,
 Effigies ad eum Culicis deuenit, & illi
 Tristis ab euentu cecinit conuicia mortis.
 Inquit, quid meritis? ad qua delatus acerbas
 Cogor ire vices? tua dum mihi carior ipsa
 Vita fuit vita, rapior per inania ventis :
 Tu lentus resoues iucunda membra quiete,
 Ereptus tetrus ē cladibus : at mea manes
 Viscera lethæas cogunt tranare per undas.
 Præda Charontis agor, viden' ut fragrantia tædæ
 Lumina collucent infestis omnia templis?
 Obuia Tisiphone serpentibus vndiq; compta,
 Et flam-

Et flam-

Et flammæ, & saeva quatit mihi verbera pœna
Cerberus, & diris flagrant latratibus ora,
Anguibus hinc atq; hinc arent cui colla reflexis,
Sanguineumq; micant ardorem luminis orbes,
Heu quid ab officio digressa est gratia, cum te
Restitui superis leti tam limine ab ipso?
Præmia sunt pietatis vbi? pietatis honores
In vanas abiire vices, & rure recessit
Iusticiæ prior illa fides: instantia vidi
Algerius sine respectu, mea fata relinquens.
Ad parileis agor euentus, sit pœna merenti.
Pœna sit exitium, modò dum sit grata voluntas.
Existat par officium: feror auia carpens,
Auia Cimmericos inter distantia lucos,
Quem circa tristes densantur in omnia pœna,
Nam victus sedet immanis serpentibus Othus,
Deuictum mœstus procul aspiciens Ephialten,
Conati quondam cum sint incendere mundum,
Et Tityus, Latona tuas memor anxius iras,
Implacabilis ira iacet viua alitis esca.
Terreor ab tantis insistere, terreor vmbri
Ad stygias reuocatus aquas, vix vltimus annus
Restat, nectareas diuini qui prodidit escas,
Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
Quid? saxum procul aduerso qui monte reuoluit,
Contemisse dolor quem numina vincit acerbus,
Ocia querentem frustra sub lite, puella
Ite quibus tædæ accendit tristis Erinnyes.
Sicut hymen præfata dedit connubia mortis:

Atq; alias alio densat super agmine turmas.
 Impietate fera vecordem Colchida matrem.
 Anxia sollicitis meditantem vulnera natis.
 Iam Pandionias miseranda prole puellas,
 Quarū vox querula est, superat quod Bistonius rex,
 Orbis Epops mæret volucres euectus in auras.
 At discordantes Cadmæo sanguine fratres
 Iam trunculenta ferunt, infestaq; lumina corpus
 Alter in alterius: iamq; aduersatus vterq;
 Impia germani manet quod sanguine dextra.
 Heu heu mutandus nunquam labor, auferor vlti
 In diuersa magis, distantia flumina cerno,
 Elysiam tranandus agor delatus ad vndam:
 Obuia Persephone comites Heroidas vrget,
 Aduersas præferre faces, Alcestis ab omni
 Inuiolata vacat cura, quod saua mariti
 In Calcedonijs Admeti cura morata est.
 Ecce Ithaci coniunx semper decus Icariois,
 Fœmineum concepta decus manet, & procul illam
 Turba ferox iuuenum velis confixa præcorum,
 Quin misera Eurydice tanto mærore recessit,
 Pœnaq; respectus, & nunc manet Orpheus in te.
 Audax ille quidem, qui mitem Cerberon vnquam
 Credidit, aut vlli ditis placabile numen:
 Nec timuit Phlegethonta furens ardentibus vnda,
 Nec mæsta obientu ditis ferrugine regna,
 Defossasq; domos, ac tartara nocte cruenta
 Obsita, nec faciles ditis sine indice sedes,
 Iudice, qui vita post mortem vindicat acta.

Sed fortuna valens audacem fecerat, ante
 Iam rapidi steterant amnes, & turba ferarum
 Blanda voce sequax regionem insederat Orphei.
 Iamq; imam viridi radicem mouerat altè
 Quercus humo, steterant amnes, syluq; sonora,
 Sponte sua cantus rapiebant cortice amara.
 Labentes bijuges etiam per sidera Luna
 Presit equos: & tu currentes menstrua virgo
 Auditura lyram, tenuisti nocte relictà.
 Hac eadem potuit diuis te vincere coniunx.
 Eurydicèq; vltro ducendam reddere: non fas,
 Non erat in vitam dira exorabile mortis.
 Illa quidem nimium manes experta seueros,
 Præceptum signabat iter, nec rettulit intus
 Lumina, nec diuè corrupta limina lingua.
 Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orphen:
 Oscula cara petens rupisti iussa deorum.
 Dignus amor venia, gratum si tartara nossent
 Peccatum meminisse graue. Et vos sede priorum,
 Vos manet heroum contrà manus hic & vterq;
 Acacides, Peleus namq; & Telamonia virtus
 Per secura patris latantur munera: quorum
 Connubijs Venus, & virtus iniunxit honorem.
 Hunc rapuit feritas, illum Nereis amauit.
 Asidet, ac iuuenis sociat de gloria, fortis,
 Acer, inexcussus, referens à nauibus ignes
 Argolicis, Phrygios torua feritate repulsus.
 O quis non referat talis diuortia belli,
 Quæ Troie videre viri videreq; Graij?

Teucris

Teucris cum magno manaret sanguine tellus,
 Et Simois, Xantiq; liquor, Siga aq; prater
 Littora: cum Troas seu vos Hectoris ira
 Videre in classes inimica mente Pelasgas,
 Vulnere, tela, neces, ignes inferre paratos.
 Ipsa iugus namq; Ida potens feritatis, & ipsa
 Aequa facies altrix cupidus prebebat alumnus,
 Omnis ut in cineres Rhæthæi littoris ora
 Clasisbus ambustus flamma superante daretur.
 Hinc erat oppositus contra Telamonius heros,
 Obiectoq; dabat clypeo certamina: & illinc
 Hector erat Troia summum decus, acer utroq;
 Fulminibus cælo veluti fragor editus alto.
 Ignibus hic telisq; super, si clasisbus Argos
 Eripiat reditus: ille ut Vulcania ferro
 Vulnere protectus depellere nauibus insuet.
 Hoc erat Acacides alter letatus honore,
 Dardaniq; alter fuso quod sanguine campis
 Hectoreo victor lustravit corpore Troiam.
 Rursus acerba fremunt, Paris hanc quod ladat, &
 Alma dolis Ithaci virtus quod concidit icta. (hinc)
 Huic gerit, auersos proles Laertia vultus,
 Et iam Strymonij Rhæsi, victorq; Dolonis,
 Palladio letatur ouans, rursusq; tremiscit.
 Iam Ciconas, iam iamq; horret Lastrygonas acuti,
 Illum Scyllæ rapax canibus succincta molestu,
 Aetna vsq; Cyclops, illum metuenda Charybdis,
 Pallentesq; lacus, & squallida Tartara terrent.
 Hic & Tantalij generis decus, amplius Atrides

Asides

Assidet, Argivum lumen : quo flamma regente
Doris Erichthonias prostravit funditus arces.
Reddidit heu Graius pœnas tibi Troia ruenti,
Hellepontiaci obiturus reddidit vndis.
Illa vices hominum testata est copia quondam,
Ne quisquam propria fortuna munere dives,
Iret in euectos cœlum super omne : propinquo
Frangitur inuidia telo decus. ibat in altum
Vis Argoa petens patriam, ditataq; prada
Arcis Erichthonia : comes huic erat, aura secundâ
Per placitum cursu pelagus, Nereis ad vndas
Signa dabat, pars inflexis super acta carinis.
Cum sen cœlesti fato, seu sideris ortu
Vndiq; mutatur cœli nitor, omnia ventis,
Omnia turbinibus sunt anxia, iam maris vnda
Sideribus certat consurgere, iamq; superne
Corruere, & sol ijs, & sidera cuncta minantur:
Ac venit in terras cœli fragor, hic modò latum
Copia, nunc miseru circumdatus anxia satis,
Immoriturq; super fluctus, & saxa Capharei.
Euboicas & per cautes, Oeteaq; late
Littora, cum Phrygia passim vaga prada peremta
Fluctuat omnis in æquoreo iam naufraga fluctu.
Hic alij sident pariles virtutis honore
Heroës, medijsq; siti sunt sedibus omnes,
Omnis Roma, decus magni quos suspicit orbis.
Hic Fabij, Decijq; hic est & Horatia virtus,
Hic & fama vetus nunquam moritura Camilli.
Curtius, & medijs quem quondam sedibus vrbis

Deuotum

Deorum bellis, consumpsit gurgitis haustus:
 Mutius & prudens ardorem corpore passus,
 Legitimè cecit cui fracta potentia regis.
 Hic Curius clara socius virtutis, & ille
 Flaminius, deuota dedit qui corpora flammis.
 Iure igitur tales sedes pietatis honorat.
 Illic Scipiadaq; duces, deuota triumphis
 Mœnia quos rapidos Libycæ Carthagnis horrem.
 Illi laude sua vigeant: ego diuis opacos
 Cogor adire lacus, viduos à lumine Phœbi,
 Et vastum Phlegetonta pati: qua maxima Minos
 Conscelerata pia discernit vincula sede.
 Ergo iam causam mortis me dicere vincita
 Verberibus sæuo cogunt ab indice pœna:
 Cum mihi tu sis causa mali, nec conscius asu.
 Sed tolerabilibus curis hæc immemor audis,
 Quæ tamen vt vanis dimittens omnia ventus,
 Digredior nunquam rediturus: tu cole fontes,
 Et virides nemorum sylvas, & pascua latus,
 Et mea diffusas rapiuntur dicta per auras.

Dixit: & extrema tristis cum voce recessit.
 Hunc ubi sollicitum dimisit inertia vita,
 Interius grauitè mentem eger, nec tulit vltra
 Sensibus infusum Calicis de morte dolorem,
 Quantuncumq; sibi vires tribuere seniles,
 Quæ tamen infestum pugnant deuicerat hostem,
 Riuum propter aquæ, viridi sub fronde latentem,
 Confirmare locum capit impiger, hunc & in orbem
 Destinât, ac ferri capulum repetiuit in usum,

Grami-

Gramineam viridi sodiens de cespite terram.
 Iam memor incœptum peragens sibi cura laborem,
 Congestum cumulavit opus, atq; aggere multo,
 Telluris tumulus formatum crevit in orbem:
 Quem circum lapidem leui de marmore formans,
 Conserit assidua cura memor: hic & acanthus,
 Et rosa purpureo crescit rubicunda colore,
 Et viola omne genus: hic est & Sparita Myrtus,
 Atq; hyacinthus, & hic Cilici crocus editus antro,
 Laurus item Phœbi decus, hic vrgens Rododaphne,
 Liliag;, & roris non auita cura marini,
 Herbag;, thuris, opes priscis imitata Sabinis,
 Chrysanthusq;, hederag;, nitor pallente corymbo,
 Et Bocchus Libya regis memor: hic Amaranthus,
 Buphrthalmusq;, virens, & semper florida Picris,
 Non illic Narcissus abest, cui gloria forma
 Igne cupidineo proprios exarsit in artus:
 Et quoscunq;, novant vernantia tempora flores.
 Hic tumulus super inseritur, tum fronte locatur
 Elogium, tacita quod firmat littera voce:
 Parue culex, custos pecudum, tibi tale merenti
 Faveris officium, vitæ pro munere reddit.

DIRAE AD BAT-
 T A R V M.

BATTARE cygneas repetamus carmine voces
 Divisas iterum sedes, & rura canamus,
 Rura, quibus diras indiximus impia vota.

kk

nt Ae